



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 16. Absolutio absentibus Franciæ Prælatiſ a Pontifice concessa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Diocesis jam a decima septima Martii Sæcul. XVI.
 per duos ferme menses moram traxisse, A.C. 1514.
 ac publicæ securitatis literas præstolatos
 fuisse, eas vero obtinendi nulla spe facta,
 coram præfati Conventus Superioribus
 publicum erexisse instrumentum, quo
 apertius constaret non modo de debita
 eorum diligentia, qua Sanctitatis suæ
 mandatis obtemperare parati essent, sed
 præcipue de sincera voluntate, qua per
 idem instrumentum jam tum Pisanæ Con-
 gregationi renunciaissent, ac Lateranensi
 Synodo adhæsisissent, prout & nuncillam
 detestari, huic vero adhærere vellent.

§. XVI.

*Absolutio absentibus Franciæ Præ-
 latis a Pontifice con-
 cessa.*

Equidem Hieronymus Moronus Me- Colled. Conc.
 diolanensem Ducem, cujus Orator e- t. 14. p. 201.
 rat, ob denegatas securitatis literas culpa Et seqq.
 liberare satagebat: cum vero ejus ra- Raynald. hoc
 tiones, quantumvis validæ, semper ta- ann. n. 4. 5. 8.
 men Præfulum adventum præpedivissent, 47. 18. Et seqq.
 horum excusationes a Synodo admitte- Bemb. l. 6.
 bantur, eosque Papa a censuris, si quas ep. 20.
 incurrisissent, absolvit, imposito rursus Paris de
 præcepto, ut Concilio adessent, severissi- Grass. t. 4.
 me etiam prohibens, ne quis illos in suo p. 47.
 itinere Romam versus quovis pacto im-
 pedi-

Sæcul. XVI pediret. Hujus rei Bullam condidit
 A. C. 1514. ab Episcopo Massiliensi prælectam. Præ-
 terea Pontifex preces injunxit per uni-
 versum Orbem Christianum pro pace in-
 ter Principes obtinenda, necnon pro u-
 nione adversus Infideles, hancque in rem
 Indulgentias elargitus est: demum distri-
 cte prohibuit, nequis ejus foederibus,
 quæ aut per Legatos aut Nuncios Apo-
 stolicos inire voluerit, clam vel aperte a-
 liquod impedimentum quovis pacto in-
 terponere præsumeret.

§. XVII.

*Decretum de reformatione Curiaë Ro-
 manæ in hac Sessione pro-
 mulgatum.*

Collect. Conc.
p. 219 & seq. Post hæc Neapolis Archiepiscopus pro-
 lixum perlegit decretum de Reforma-
 tione Curiaë Romanæ, in quo non pau-
 ca continentur statuta circa morum disci-
 plinam. Primo enim sancitum. *Ut*
deinceps Ecclesiis de personis ætate matura,
gravitate morum, literarumque scientia præ-
ditis provideatur; nullus quoque Episcopus
Ecclesiis citra vigesimum septimum ætatis
annum, nec monasteriis Abbas citra vigesi-
num secundum præesse valeant. Utque per-
sonæ idoneæ promoveantur, Cardinalis, cui
electionis, postulationis aut provisionis Ec-
clesiæ vel monasterii relatio committetur,
ante-